



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Incarnatio Mystica Sive Christiformitas

Roger, Nicolaus

[Erscheinungsort nicht ermittelt], Anno MDCLXXXIV.

Cap. I. Praxes & usus hujus opusculi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37940



INCARNATIONIS MYSTICÆ

P A R S Q V A R T A.

PRAXES ET INDVSTRIÆ
ad alendam Christiformitatem.

C A P U T I.

Praxes & usus hujus opusculi.

CHRIſTUS formatus in nobis alendus est, ac ſuſtentandus ut vivat. Alitur autem lacte, ac ſolidiore cibo. Lac meditatione, lectione, oratione, affectibus, deſideriis, propoſitis, ac ſimilibus continetur in pectoris abdito manens, ex eoque facile velut ex ubere, nec ſine gratiæ influxu manans: Cibus verò ſolidior, eſt imitatio virtutum Chriſti ex affectu proſiliens in effectum: tanto ſanè operoſior, quanto operoſius ſolidus cibus quam lac
ela-

elaboratur, quantoq; difficilius exequimur quàm volumus, proponimus aut dicimus. Ac penum quidem lactis in promptu habebis, si primam & secundam hujus opusculi partem sapiùs meditando, legendoq; tractes, solidũ verò cibum promes ex tertia parte. Dabis ergo, si me audis ô Christiformitatis zelator ardentissime, mediã quotidie horam, utiq; quartam horæ partem, meditationi, cujus argumentum, si aliundè accersere voles uberius, invenies in hoc opusculo non solum ad mensem, sed etiam ferè ad annum, si singula de Christi amabilitate capita discutias: deindè quæ de capitalib⁹ ejus virtutibus, ac moribus similiter accuratâ cogitatione pertractes: nec deerunt affectus varii, quibus meditatione inflammes, si semina jacta sparsim legendo hoc opusculum colligas. Præsto etiam erit in postremo tertiæ partis capite, unde ad sacrum Sacerdos, aut ad communionem laicus sese

ex-

excitet, imò etiam unde meditationis puncta decerpat, quoties de divinissimo Sacramento contemplari volet, nisi copiosius promptuarium habuerit ad manum. Ad hæc poterit nullo negotio contexi sacra hebdomas Litaniarum ex titulis, figuris, nominibus, & elogiis Christi, quæ in 2. parte referuntur, ac sua cuique diei series tributa recitari præmissis de more *Kyrie eleyson*, &c. in hunc ferè modum.

IESV principium & finis,

IESV caput Ecclesie,

IESV sacerdos in aeternum.

Miser. n.

Deniq; singulis mensibus ac temporibus sua poterit accommodari praxis virtutis hoc ferè modo. Mense Decembri, ac tempore Adventus praxis solitudinis arctioris ac silentii, ad imitationem Verbi infantis in utero. Ac prima quidem Adventus hebdomada excitanda erit juxta cap. 1. partis 1. Æstimatio Christi quanta poterit maxima. 2. Desiderium. 3. Confessio indigni-

nitatis. 4. Petitio. Mense Januario par-
vitas eligenda seu humilitas. Februa-
rio, Simplicitas. Martio, Puritas. Apri-
li seu tempore Quadragesimæ Patien-
tia. Majo, Oratio à Paschate ferè ad
Ascensionem. Junio circa festum S.
Sacramenti, Charitas fraterna. Julio,
Dilectio inimicorum. Augusto, Puri-
tas. Septembri, Obedientia. Octobri,
Mortificatio, quæ morienti Christo
nos conformat. Novembri, Mansue-
tudo. Porro vehementer proderit se-
mel unoquoq; mense morienti Chri-
sto conformari prævertendo cogita-
tione per simulachrum mortis nostræ
diem, sicut penultimo capite 3. partis
suggestum est. Atque hunc ordinem
& praxim qui servarit, is dies vivet,
menses & annos Christiformes, sen-
tietq; brevi Christum in se formatum
crescere & confortari in virum per-
fectum, in mensuram ætatis ple-
nitudinis Christi.

CA-